Quæst: 9. An detur sciã media in Deo respectu fut: cõditionatorũ. 196.

Præsc. 8. propositam quæst: plures adhuc in se invol-
vere. 1. an detur sciã media tanquam nova, an potius tanquam antiqua
et olim à Pelagianis et Semipelagianis asserta? 2do. an detur
in Deo sciã media ex S. Aug. et S. Thomâ? 3tio quaenam absurda
et inconvenientia sequantur ex sciã mediâ? 4to. an asserentes
sciam mediam incurrant Calvinismum; nos hâc quæst: solummodo
tractabimus duas primas, reliquas sub suis proprijs titulis.

Dico 1. Non datur sciã media tanquam nova et à
Recentioribus inventa. ita nobiscum Plurimi PP. Societatis contra
Molinam, qui in concordiâ impressa Ulyssipone Anno 1588. ad
quæst. 23. a. 4. et 5. hæc scribit: quia hæc nostra ratio conciliandi
libertatis cum divinâ prædestinatione à nemine, quem viderim, fuit
hucusque tradita, ideo paulo fusius est exponenda. Addit si
ab Augustino tradita, et explorata fuisset, Pelagiana hæresis
nunquam fuisset exorta, neque ex August: opinione concertatio-
nibus, quæ ejus cum Pelagianis tot fideles turbati, nec ad Pela-
gianos defecissent. Similia habet Fonseca. Granado. Prob. Si dicta
ista sciã non est nova, et à R. inventa, quam olim profitebantur Pelagiani, et
Semipelagiani: atqui tale fuit factum, ut probabis sequenti concl. ergo.


© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII6_1/0215
gefördert durch Baden-Württemberg